



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 50. De bonis traditis in villa Luhtringi in pago Auga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno *bennic* hrotger tradidit *aldger* pro fratre suo *andger* in *scherua*
 826 usque testes uualdman helmdag halec gangi.
 853 im-
perante
Hudo-
uico et

§. 49.

Tradidit uiihric pro fratre suo . . . di . . . in *odonhus* (g) mansum
 unum testes *ecbert* (h) hemmic pumi gerulf *mennio* fini meinheri tancuard
 dal *uuelp*.

§. 50.

Tradidit rotger de terra uirgas quatuor in *lubttringi* (i) pro patre suo
 uuendildag testes sunt bald gheruuad remmund.

§. 51.

Tradidit meinbold in *stockem* (k) de manso partes duas et in *yman-*
hus (l) in *pago suilbergi* (m) tertiam partem testes schard gerhard arnold ald-
 man uuocgis iuo thanger redold addo.

§. 52.

Tradidit adaluward in *stalo* (n) et in *alberteshus* (o) quidquid ibi habuit
 in campis et siluis testes mennic erp nythard uuulfger usfo.

§. 53.

vero ex fratre proneptores videntur esse *Haoldus comes, Fridericus et Bruno*, qui
 anno 952 monasterium Geseke fundarunt, inter quos Haoldus, nisi fallimur,
 propatrius *comitis Haoldi* in pago Nethga anno 1030 fuit, qui consanguineus
 erat Dodiconis comitis, ab his vero nobiles domini de *Warborg*, et nobiles domini
 de *Canstein*, testantibus diplomatis nostris, descendunt. Plura desiderantem
 ablegamus ad schediasma nostrum MS. et *venerabilis sanctitatis nomine in genealogia virorum illustrium*. Interim vide infra §. 104. not. (n)

- De villa Oden-
hus. (g) Cum hac Wihric, quem supra sepe nominauimus, donauerit, villa *Odenhus* erit
 nulla alia, quam *Odenhusen* in *pago Hessi*, de qua villa vide supra §. 39. not. (1)
 An Hildibertus, qui in eadem villa l. c. quedam tradidit, eius frater fuerit, nesciu-
 mus. Videri poterat fuisse, quia litterae d. et i. adhuc apparent. Ceteras detruiuit
 vetustas. Vna fane villa est, testante *Registro nostro* villa Odenhus.

- De Ec-
berto. (h) An *Ecbertus*, ducis Ecberti filius et frater abbatis Warini, nondum notus? Nullum ex filiis celebratissimi illius ducis nomine patris insignitum fuisse, haud facile
 credendum. Fortassis ergo est ille, qui hic et in seqq. §. 138. 149. 155. 163.
 170. 207. et 233. inter testes reperitur, et multis aliis anteponitur, testium no-
 mine laudatis.

- De villa Luthrin-
gi. (i) *Lubttringi* villa in pago Auga erat ad Wiseram haud procul Corbeia. Dudum
 ea dicitur Luchteringen, pars dioecesis Corbeiensis.

- De villa Stoc-
chen. (k) *Stockhem* hodie dicitur Stockheim ad fluvium Leinam in ducatu Grubenhagiaco et
 in praefectura Rotenkirchen.

- De villa Imman-
hus. (l) *Immanbus* villa hodie appellatur *Imben* in ducatu Grubenhagiaco, ad Dominos de
 Stockhausen, hereditarios Marechallos abbatia Corbeiensis, referri solita.

- De pago Suilber-
gi. (m) *Pagus Suilbergi* quondam fuit diffusus circa comitatus Dasselensis terras, quod qui-
 dem infra clarius patebit. Ergo is est quasi obex ante *pagum Logne*.

- De villa Stalo. (n) De villa *Stalo* in pago *Auga* vid. supra §. 21. not. (k). *Stalo* olim denotauit *vetu-*
sum. Vnde *Stellinga* dicti sunt facculo nono *veterum senumue nati*.

- De villa Alber-
teshus. (o) *Io. Letznerus in Historia Ludouici pii* cap. 33. et 52. ac in *Chronico Dasselensi* Lib.
 IV. cap. 6. natales dominorum de *Albaxen* ex Benedicto Lafpone, Monacho Rein-
 husano, ita recenset: "Widekindus comes de Gleichen cognomine niger in pra-
 lio, quod Edelhardus dux Saxonie anno 771 cum Pipino rege Francorum
 non procul Iburgo in Westfalia commisit, hostem forti manu prostrauerat, ca-
 pris